cit potentiam ſiue aptitudinem ⁊ non
actiuam.ſiḡtum veri vel falſi. Ad cõ
firmationem dr̄ ꝙ ſiḡt verum vel fal/
ſum.qñ ꝓfert ⁊ qñ ꝓlata ẽ ꝑ ſubordina
tionem ad vnam ĩtellectam q̃ ſiḡt veꝝ
vel falſum. Ad 4ᵐ p̃ncipale rñdetur
communiter diſtiguendo ꝙ li potẽs po
teſt duplr̄ teneri.ſ.nomialr̄ ⁊ ꝑticipialr̄
Si ꝑticipialr̄ negať iſta ꝯña. ſoꝛ.eſt po/
tens currere.ergo ſoꝛ.ẽ potẽs ergo ſoꝛ/
tes põt. Contra hanc reſponſionem
arguitur ex fundamento magiſtri ĩ tra
ctatu contra conſequentias penultimo
capº ĩ reſponſione. Ad 7ᵐ argumen/
tum.vbi declarat ꝙ potenſ eſſe capitur
dupliciter ſcilicet nominaliter ⁊ partici
pialiter. Nominaliter ſumptũ idem eſt
quod ens: qꝛ omne potẽs eſſe eſt ens. ⁊
omne ens ẽ potẽs eſſe.ĩ.ens hñs potẽti/
am quandam. Participialiter autem ñ
couertitur cum li ens.qꝛ poteſt dici taꝫ
de eo quod non eſt q̃ꝫ de eo quod eſt.
Nam veꝝ ẽ dicẽ.antixp̄s eſt potens eẽ
ſumẽdo participialiter.falſum tamen ẽ
ſumendo nominaliter.quia falſum eſt
dicere ꝙ antichriſtus ſit ens.Et ſic patꝫ
ꝙ ſumendo participialiter minus com/
munis eſt q̃ꝫ ſumendo mominaliter. er/
go ſumendo nominaliter illa conſequẽ
tia vꝫ.ſoꝛ.eſt potens.ergo ſoꝛ.poteſt ab
inferiori affirmatiue quod negant.
Item maxime negant negan° illam con
ſequentiam.ſoꝛ.eſt potens currere.er/
go ſoꝛ.eſt potens ſumptum participia/
liter.quia potens participialiter eſt cõ/
mune ad potens currere ⁊ ad potens
cantare.⁊ ita de alijs.ergo ab inferiori
ad ſuum ſuperius valet. Ideo ali/
ter dico ꝙ potens ꝑticipialiter ſumptũ

poteſt ſumi dupliciter ſicut etiam hoc
vbũ põt.ſ. vt famłare et ñ vt famłare.
Si ſumatur vt famulare eſt.iſta ꝓpõ
non videtur intelligibilis.ſoꝛ.eſt potẽs
ſoꝛ.poteſt niſi ſequatur illõ cui famula
tur.Si vero ſumatur non vt famulare
propoſitio eſt intelligibilis ſine addito.
⁊ ſignificat non quidem ens habens po
tentiam. ſed cui non repugnat eſſe.
Ad ꝯfirmatõeꝫ ergo argumẽti diciť
ꝯcedẽdo 2ᵃᵐ ⁊ 3ᵃᵐ ꝯñaꝫ ſumendo li po
tẽs ⁊ põt participialiter vt nõ famulař
Si vero ſumatur vt famulare negatur
quelibet illarum quia propoſitiones.in
quibus poteſt ponitur ⁊ potens non ſť
intelligibiles cuꝫ non additur illud cui
habent famulari ⁊ in hac reſponſione
multum letatus eſt animuſ meus.
Ad confirmationem primam reſpõ/
dent ſenenſes negando hanc conſequẽ
tiam.Soꝛ.habet potentiam ad curren
dum.ergo ſoꝛtes habet potentiam quo
niam hoc quod dico ſoꝛ.habet potenti/
am eſt propoſitio equiuoca ⁊ plr̄es mo
do nulla propoſitio plures eſt propoſi/
tio.nec antecedens nec conſequens.cuꝫ
omnis ꝓpõ ſit vna ꝓpoſitõ.Et hoc vo
luit dicere magiſter ꝙ non generat per
fectum ſenſum ĩ animo auditoris.ſicut
nec aliqua equiuoca facit.Eſt.n.equiuo
ca quoniam poſſe ẽ equocum ad poſſe
eſſe ⁊ ad poſſe operari. Sed iſtant ip
ſi contra ſe probando ꝙ ꝓpoſitõ equi/
uoca ſit propoſitio.⁊ ꝙ ſignificat verũ
vel falſum.vt illa canis currit:quoniaꝫ
ſi li canis ſtat ꝓ cane latrabili ẽ vera.ſi
ꝓ ſidere eſt falſa. ergo cum ſit equoca
ſtat ĩdifferenter.g̊ ſignificat veꝝ vł fal
ſum.Item ſi eſt ꝓpoſitio equiuoca aut
caᵉᵃ aut ipoᵉᵃ. ⁊ omnis talis ẽ ꝓpõ . g̊
equiuoca ẽ ꝓpõ. Ad p̃mũ dicunt ꝙ
arᵐ cõcludit ꝙ ipſa ſignificat ĩdifferẽť
veꝝ vł fł҃z.ſꝫ ñ determinate veꝝ vel fł҃z.qđ
reqriť ad h̃ ꝙ ſit ꝓpõ.Et ſi arguiť ꝯ h̃.
qꝛ ꝓpõ dubia eſt ꝓpõ . ⁊ tñ nõ ſiḡt deť/
minate veꝝ vł falſum ĩ aĩo auditoris.

dicitur q propositio du^a significat ita determinate verum. qd n falsum. aut ita falsum qd n verum. lz dubitans nescit illd esse verum nec illud esse falsu. Ad 2^m pz q sicut e equoca ita e equiuoca cathegorica vl ipothetica. vn li equocu e tinus distractiuus ppois. io n valet e propositio equoca. g e ppo. Hac rnsioez volui ad plenu recitare. qr subtilis est. Vn. pace aliorum dica senenses inter alios acutissimos iuenio. io eorum dicta libenter ispicio. Pot tn alr rnderi. r pcise sicut ad argumetu pricipale dr. Ad 2^m cofirmationem dicut qdam q qn ista nota vel e coiungens duo quorum tm vnum dr d diffinito e cum ambiguitate. sz qn e coiuges duo quorum qdlz dr d diffinito. vt hic no e cum ambiguitate. Hec responsio no placet qr subi simplicis passio dz esse simplex. Io dicatur alr fm itetionem magri i prio porum q verum vl falsum ponitur p v^a passioe simplici ppois. r qr ignoram^9 nome ei^9 circuloquimur p hoc disiuctum verum vel falsum. qr tn nec verum vel falsum nec illud qd idicatur per illa e passio propositois. vt ifra patebit cum dterminabitur d propositione vera. Ideo meli^9 dicitur q per significans verum vel falsum circumloquimur passionem simplicem propositionis. qr significare verum vel falsum est illud qd est propriu propositionis. n at verum vel falsum.

Ad 5^m pricipale dicitur q ista berta est albus n e propo nec significat verum vel falsum. quia est incongrua. presupponitur. n. q propositio sit oro cogrua. qr oro diuiditur i pfectam r i impfecta Et perfecta diuiditur i indicatiuam. r oratio perfecta e cogrua dictionum ordinatio. Vl alr dicitur q significat falsum. Et cum dicis. non est propositio. nego. immo est propositio falsa. qr significat q Berta est aliquis albus quod e falsum. Ad confirmationem dicitur q. non est propositio. Et cum tu probas q non qr no est cathegorica nego. r ad probationem non est. h aliqd subz. qr si esset staret malr ocedo. r cum tu arguis q no staret malr nisi qn ipsum subm est termin^9 p^e intetionis r pdicatu 2^e. aut quado addit signum malitatis. Dr q illud verum e i tinis p se sigtiuis sz de termino n p se sigtiuo no vnde talis no p se sigtiuus sp stat materialr:

Utrum pri^a diuisio ppois sit bn data cum diffinitionibus suis r mebrorum. vz alia cathegorica. alia ipothetica.

Contra diuisione arguit sic. Vl est diuisio generis in spes. vel analogi i analogata. vl sbi i accidetia. sz nec sic nec sic. g rc. q no sit diuisio generis i spes. sed analogi arguit sic De ratione generis e eqlr pticipari a spebus. sz cum ppo p pri^9 pticipatur a chathegorica qz ab ipothetica. g no e genus ad ista. oña nota cu maiori. mino batur. qr ipothetica no est indicatiua nisi ratione partium cathegoricarum. 2° qr no sigt verum vel falsum nisi rone ptium 3° sic. sperum positarum sub genere vna n e prior alia. sed cathegorica e prior ipothetica. g ppo no e ge^9 ad i^a. oña no cuz maiori. minor pbatur p°. qr pars est p^o or na toto. sed cathegorica e ps ipothetice. 2° qr cathegorica simplicior e. ipothetica aut compositior. sz simplici^9 p^9 est compositiori. Qr no sit diuisio analogi sed generis probatur sic. Illud qd pdicatur i qd d plurib^9 differetib^9 specie est genus ad illa. sz ppo pdicatur in qd de cathegorica r ipothetica que differunt spe. g est genus ad illa. oña nota cu maiori p diffinitione generis minor p secuda pte no e. s. q cathegorica r ipothetica differunt specie. Pro pria pbatur. s. q ppositio predicat i qd d illis.

Ad iterrogationem facta i quid d illis coueniecter rndet p ppoez. g ppositio predicatur i quid de illis. tenet oña. antecedens probatur. quia ad interrogationem factam per quid d aliquo co

uenienter respondetur per diffinitionē
⁊ per illud quod ponitur prio loco dif-
finitionis.sed propositio ponitur in p̄-
mo loco illarum diffinitionum.vt patꝫ
cum dicitur propositio cathegorica est
illa idest propositio que habet subiectū
p̄dicatum.⁊c.⁊ ita de ipothetica.

Secundo.sic.si esset analogum ⁊ nō
genus:hoc esset quia prius cōpeterꝫ ca-
thegorice.⁊ posteriꝰ ipoce.⁊ sic eē ornē i
dicatiuam ⁊ sigre verum vel falsum cō
peteret ipoce ratione cathegorice qđ tn̄
est falsū.pbat sic.qꝛ aliqua ē ipoca q̄ si-
gnificat verum vel falsum.⁊ partes eiꝰ
cathegorice nō significāt veꝝ vel flꝫ.vt
illa.si antixp̄s eēt albus antixp̄s eēt co-
loratus est cōditionalis vera.⁊ tamen
cathegorice non significāt verū nec fal
sum. 2° sic enunciatio ⁊ ꝑpō sunt idē
realr.enūciatio āt diuidit a pho p° per
ihermenias in enunciationem vnam ⁊
enunciationem plures.Enunciatio plu
res diuiditur.qꝛ aliqua est equiuoca ⁊
alia in qua sunt due ꝑpōes incōiuncte
vt tu curris ⁊ tu sedes. Enūciatio vna
diuiditur icacam ⁊ ipotheticam.⁊ tunc
arguitur sic.aliqua ē propō q̄ nec est ca
thea nec ipothetica.g̊ diuisio mala.tenꝫ
ꝯn̄tia antecedēs probatur.nā enūciatio
plures nō est cathegorica nec ipotheti-
ca.⁊ tn̄ ipsa est propositio.ex quo ꝑpō ⁊
enunciatio idē sunt realr. Tertio sic
Incipiat quis proferre illam propositi
onem hō ē animal ita ꝙ nūc nō profe-
rat sed immediate post hoc successiue.
tunc a propositio immediate post hoc
erit ⁊ nō caca nec ipothetica.ꝙ erit pro-
batur.qꝛ qn̄ ꝑs successiui est totū succes
siuū ē.sꝫ ista ē successiua.g̊ ⁊c.ꝙ nō sit ca-
thegorica probat.qꝛ non prius est cathe
gorica q̄ꝫ habet subiectum predicatum
⁊ copulam principales partes sui sꝫ im-
mediate post non habebit subiectum p̄
dicatum ⁊ copulam.ergo imediate pꝰ
hoc non erit cathegorica nec etiam ipo-
thetica vt patet quare ⁊c. Quarto
sic.Omnis homo est aīal.tu es homo
ergo tu es animal.ista consequentia est
bona.ergo antecedens est propositio n̄
cathegorica vt patet nec ipothetica qa
per nullam notaꝫ coniunguntur cathe-
gorice. Quinto sic homo currrit ⁊ n̄
currit.non est propositio cathegorica.
quia partes principales sunt cathegori
ce nec ipothetica quia esset copulatiua
sed prima pars est vera ⁊ etiam secūda
cuꝫ sbordinetur huic mentali homo nō
est currens.que est vera.ergo est vera.
quod ē falsum. Sexto cōtra diffiniti
tionē propositionis.cathegorice argui-
tur sic.Illa ē cathegorica rosa ē ⁊ tn̄ nō
habet predicatum.g̊ diffinitio mala.cō-
sequētia nō cū maiori.mior ꝑbat.qꝛ si
diceretur hr̄e p̄dicatū hoc esset iplicite
qꝛ subordinat isti.rosa ē ens.Sed ꝯtra
stat pam esse falsam vt i hieme nulla ro
sa existēte.qn̄ 2a ē vera vt pꝫ ꝑ magistꝝ
i p° psterioꝝ in ia qōne.Utꝝ de non en-
te habeat scia.g̊ vna nō subordiatur al
teri. Septio sic.Si qs itroget.Quis
currit.respōdet sortes.li sortes ē ꝑposi
tio qꝛ significat veꝝ vel falsū.n̄ ipothe-
tica.g̊ cathegorica ⁊ tn̄ nō habet predi-
catū ⁊ copulam g̊ diffinitio mala.

Cōtra ipotheticā nolo nūc arguē sꝫ.
loco suo in de ipotheticis arguet.

Ad hec respōdetur Ad primū cōiter
dicitur ꝙ diuisio propositōnis in cathe
goricam ⁊ ipotheticam est diuisio ana-
logi in analogata ⁊ creditur communi-
ter ꝙ rationes facte pro hac parte con-
cludāt. Ad rationes in oppositum di
citur ad primam ꝙ quia propositio non
est terminus vniuocus ideo non est ge-
nus ꝙ non sit vniuocꝰ hoc pro tanto qꝛ
terminus vniuocus est terminus sim-
plex significans plura ꝑm eandem ratō
nem equaliter.cum autem propositio n̄
significet equaliter sed ꝑm prius ⁊ po-
sterius,non est genus ⁊ sic negant maio
rem: Ad secundum dicitur concedē-
do ꝙ ipothetice competit ratiōe cathe-

gorice. et cum dicis quod aliqua ipothetica signt verum vel falsum et non ratione cathegoricarum. vt ista. si antixps esset albus antixps esse coloratus. Dicitur negando quod illa conditio nalis proprie sit vera. sed dicitur vera improprie et bona Si autem aliqua est ipothetica que proprie dicatur vera hoc est ratione cathegoricarum. Contra responsionem 2am arguitur sic. propositio conditionalis facta est ipothetica. ergo est propositio. ergo est oratio indicatiua verum vel falsum signs. et si sic. ergo est vera vel falsa. Contra responsionem communem hoc argumentum volo dimittere insolutum non quia putem non posse solui: sed vt ostendat probabilitatem opinionis aduerse: quam probabiliter toties tenui. est. n. nimis crassi ingenij nescire vnquam deuiare a via communi quam nullus ignorat. Ideo tenendo quod propositio diuiditur sicut genus in cathegoricam. et ipotheticam. Respondendum est ad rationes in oppositum. Ad primum negatur minor. s. quod propositio per prius participetur a cathegorica quam ipothetica. Ad probationem cum dicitur. Ipothetica non est indicatiua nisi ratione partium cathegoricarum similiter nec significat verum vel falsum nisi ratione partium hoc negatur. et si dicis. ratione cuius? dicitur quod ratione note vnientis tales partes. vnde in ipothetica forma est ipsa nota vel copulationis, vel disiunctionis vel conditionis materia vero sunt cathegorice. quicquid autem inest perfectionis ipothetice inest ratione forme sue vnientis tales partes. non dico ratione forme absolute: sed ratione forme vnientis partes. Ipothetica igitur est indicatiua et signt verum vel falsum ratione talis note vnientis partes. Et si dicas ipothetica non est indicatiua nec significat verum vel falsum nisi cathegorice sint tales ergo ipothetica est huiusmodi ratione cathegorice. Dicitur primo negando antecedens. quia ostensum est quod illa. si antixps esset albus antixps esset coloratus significat verum vel falsum. et tamen nulla suarum partium significat verum vel falsum: et adhuc concesso. antecedente negatur consequentia sicut non valet animal rationale non est disciplinabile nisi homo sit disciplinabilis. ergo homo est causa quod animal rationale sit disciplinabile non valet. Similiter non valet propositio negatiua non significat verum vel falsum nisi affirmatiua significet verum vel falsum. ergo affirmatiua est causa quod negatiua significet verum vel falsum. non valet. quia equaliter propositio participatur ab affirmatiua et negatiua. vt infra declarabitur. Ad 2m dicitur quod cathegorica et ipothetica possunt comparari adinuicem et possunt comparari ad propositionem. Si comparentur adinuicem cathegorica prior est ipothetica vt argumenta conuincunt. Si autem ad propositionem vna non est prior altera quia equaliter participant ratione propositionis. Ad formam ergo argumenti respondendo dico negando maiorem. s. quod vna species non sit prior alia si fiat comparatio adiuicem: concedo tamen quod vna non est prior alia in participando genus. Ad secundum principale dicitur quod propositio vna diuiditur in cathegoricam et ipotheticam. propositio autem absolute non diuiditur. et sic non est inconueniens quod aliqua sit propositio que non sit cathegorica nec ipothetica. Ut dicitur quod omnis propositio est vna. Et si dicis philosophus diuidit enunciationem in vnam et plures. ergo aliqua propositio est vna. Dicitur quod non proprie diuidit sed improprie quemadmodum homo diuiditur in vnum et plures. et tunc diuisum improprie non oportet quod predicetur de quolibet membro diuidentium. Et si queris an propositio equiuoca sit vna potest dici quod est vna materialiter et plures formaliter. Ad 3m dicit magister in logica magna negando quod immediate post hoc erit a propositio.

Ad probationem quando dicitur quod quando pars successiui est totum successiuum est. Dicit concedo quod quandocumque in successiuis pars est similiter et totum est. sed negat quod in successiuis quandocumque pars erit totum erit. quia post hoc erit aliqua pars hore future. non tamen hora futura erit. sed in tota hora erit bene tamen immediate post hoc erit ita quod hec hora non est

ꝛ imediate post hoc erit. ꝛ ita ꝙ hec ꝓ/
positio est. quia erit ita ꝙ imediate pꝰ
hoc a propositio subordinatur vni mē/
tali in qua nō prius ē subm̄ ꝗꝫ predica/
tum. Uel a literꝰ dr̄ ꝛ clarius cōcedē
do ꝙ illa ꝓpō imediate post hoc erit. ꝛ
cum arguis. nō pꝰ erit ꝗꝫ erit subm̄ ꝛ p̄
dicatū. dico ꝙ veruꝫ ē si sit propō scrip/
ta vel mentalis. sed de vocali ipsa erit
quandocūqꝫ cui illa subordinatur erit
modo in mente post hoc illa mētal' erit
cui subordinatur illa in mente. s. dicen/
tis ꝛ audientis. Et si dicis ꝯ possibi/
le est ꝙ quis inueniat vnam propositio
nē de nouo ꝛ quam primum inuenerit
subm̄ proferat illud. deinde verbum ꝺ
inde p̄dicatum. ita ꝙ sicut successiue in
ueniet ita successiue proferat. quid. g̊. ē
dicere ad hoc dr̄ ꝙ cū proferet predica/
tum illa vocalis erit qꝛ iam mentalis; ē
cui subordinatur. Ad 4ᵐ dicit magr̄
in logica magna ꝙ est copulatiua ꝛ non
valet n̄ ē nota copulatōis. g̊ nō est copu
latiua. qꝛ dicendo sortes currit ꝛ sortes
mouetur. ꝛ econtra li econtra ē copula
tiua. ꝛ tamen non est. nota copulatiōis
Sufficit. n. ꝙ teneat implicite. qꝛ subor/
dinatur vni mentali copulatiue. Meli/
us g̊ est dicere negādo ꝙ non sit ibi no/
ta cōpulationis. qꝛ ē implicite. ꝛ hoc suf
ficit. Ad 5ᵐ dicit magister ꝙ est copu
latiua ꝛ 2ᵃ ps est falsa. quia subordina/
tur isti idem homo qui currit nō ē cur/
rens. Uel potest dici ꝙ ē copulatiua in
fallanter. sꝫ an sit vera vl' falsa ē ex̄ pro
positū. nostꝝ. iō pro nunc nō curo de il/
lo. Ad 6ᵐ nego minorem. Ad proba/
tionem ꝯcedo ꝙ subōdinatur illi rosa ē
ens. ꝛ cū dicis. stat pᵃᵐ cē falsaꝫ hac 2ᵃ
ex̄nte v̄a. dr̄ ꝙ li ens potest capi dupl'r
. s. noialiter ꝛ ꝑticipial'r. Si ꝑticipial'r
idē est quod ex̄ns. si nominat'r idē ē qꝺ
habens entitatē. ꝛ sic ē trāscendens ꝛ ē
cōmune ad ens in actu ꝛ ad ens in poᵃ
modo dico ꝙ illa propositio rosa est. sꝺ
ordinatur huic mentali rosa est ens sū/
pto li ens participialiter. ꝛ sic prima ē
falsa ꝛ secunda. non autem subordina/
tur illi. rosa est ens sumpto ens nomi/
liter. Ad septimum dicitur ꝙ li sor/
tes de virtute sermonis non est propo/
sitio sed ꝫm vsum communem loquen/
di. quia subordinatur isti sortes currit
implicite ꝛ habet copulā ꝛ predicatū.

Utrum secunda diuisio sit bene da/
ta cum diffinitionibus membrorum. s.
alia affirmatiua alia negatiua.

Contra diuisio

nem arguitur sic. Quia vl' ē di/
uisio generis in spēs vel analogi i ana
logata. sed nec sic nec sic. g̊. ꝛc̄. probo mi
norē pᵐo ꝙ non sit diuisio generis in
species. quia specierum positarum sub
genere vna non est prior alia. sed affir/
matio est prior negatione. ergo ꝛc̄
Consequentia nota cum maiori minor
probatur. primo quia negatio destruit
affirmationem. ergo affirmatio prior
est. Secundo quia negatio est di/
uisio. affirmatio vero est compositio.
sed compositō prior est diuisione. ergo
ꝛc̄. Tertio quia affirmatio est sim
plicior. ergo prior.
Quarto quia affirmatio est hitus.
negatio vero priuatio. sed habitus p̄/
or est negatione. ergo ꝛc̄ Quod non sit
diuisio analogi in analogata patet au/
ctoritate Porphirij Boetij sancti.
Thome sup libro perihermenias quo/
rum ratio est. Si nullum prius ꝛ poste
rius potest esse sub eodem genere tunc
primis sbijs ꝛ secundis commune ge/
nus non poterit esse substantia quod
est falsum. Secundo cōtra diffiniti/
nes membrorum arguitur sic. Ista est
affirmatiua. non possibile est tunc non
currere. ꝛ tamē principale verbum ne/
gat g̊ ꝛc̄. tenet consequentia cum mino
ri: maior pobatur. quia illa equalet huic

necesse est te currere ꝓm ꝙ expresse as/
serit philosophus secundo peribherme/
nias capitulo illo. ↄ͛ fiunt. ergo ambe
sunt affirmatiue.

Tertio sic. illa est affirmatiua possi/
bile est te non esse. sicut illa possibile ē
te esse. p̱ phm̄. 2° peribhermenias dicēte
negationē in modalib⁹ debē addi t̃mino
modali. ꝛ nō verbo. ꝛ tñ ṽbuȝ negat̃. g̊.
ꝛc̃. Cōfirmatur qꝛ illa. ĩpossibile ē te
esse equipollet huic. nō possibile ē te eē
q̄ est negatiua. g̊ ipsa est negatiua. ꝛ nec
modus nec ṽbū negatur. Silr̃ illa. fl̃m
est te currē equalet huic. non veꝝ ē te
currē q̄ est negatiua. g̊ illa p̄ma ē nega/
tiua. ꝛ tamen nec modus nec verbū ne/
gat̃. 4° ista ē negatiua falsē hō ē asi/
nus ꝛ tñ p̄icipale ṽbū nō negatur. g̊ ꝛc̃
maior pȝ qꝛ equiualet huic ñ ē ita ꝙ hō
ē asinus q̄ ē negatiua. g̊ ēt post ē negati
ua. tenet ↄñā a sil̃i: sicut in illa. nō glȝ hō
nō currit est affirmatiua. qꝛ. equipollet
vni affirmatiē. vt huic. aliq̄s homo cur
rit. ita iᵃ dicitur negatiua ꝙ equipollet
vni negatiue. minor argumenti princi/
palis ꝓbat̃. qꝛ si ṽbum negatur hoc est
quia li falsum includit negationem sed
arguitur ꝙ propter hoc non est negati/
ua quia tunc ista esset negatiua soꝛ. inci
pit esse albus qꝛ li icipit icludit negatō
nē alr̃ nō cōfūderet. Silr̃ li differt iclu
dit negationē ꝛ tñ p̱ se solum ñ facit ꝓ/
pōeȝ negatiuā. 5° Ista ñ ē negatia soꝛ
ē ñ currēs. ꝛ tñ negatio ñ cadit s̄ ṽbum
g̊ ꝛc̃. ↄñā nota cū maiori minor ꝓbatur
qꝛ nō minorē vī hȝ nega° q̄ȝ isti t̃mini pos
sibile ĩpossibile necessariū ↄtigēs sȝ isti
t̃mini hñt viȝ s̄ p̄cedētes. g̊ nega° silr̃. Cō
firmatur argumēto magr̃i qꝛ p̄iacēs vl̃is
negatiue ē affirmatiua ꝛ tñ ĩ ea p̄icipa
le ṽbum negat̃. g̊ ꝛc̃. ↄñā nota cum ma/
iori minor ꝓbatur. qꝛ idē ē ṽbum vl̃is
negatiue ꝛ iue p̄iacētis sȝ ṽbum p̄ici
pale vl̃is negatiē negatur. g̊ ꝛ p̄iacēt̃
negatur. ꝛc̃.

6° Ista cōuertūtur hec ꝓpō ē vera
nulla chimera ē ꝛ nulla chimera est ꝛ p̄
ma ē affirmatiua. ergo secūda ĩ qua tñ
p̄icipale verbuȝ negatur. ergo ꝛc. ↄñā
tenet cuȝ minori maior ꝓbat̃ qꝛ ab vna
ad reliquam valet formaliter conseq̄n/
tia. ꝛ ecōtra vt pȝ p̱ phm ĩ postp̄dicamē
tis ĩ caplo de priori dicentis ꝙ hominē
eē ↄuertit̃ ad verā de se or̃oeȝ ex q̊ dr̃
qō ois ꝓpō ↄuertit̃ cū ṽa de scoratōne
Confirmatur qꝛ saltem iste cōuertunt̃
nulla chimera ē ꝛ veꝝ ē nullam chime
rā eē qꝛ ab vna ad reliquā valet ↄsequē
tia per illam regulam logicoꝝ. Ois ꝓ/
positio ĩfert suū dictuȝ eē verum sȝ 2ᵃ
ē affirmatiua. g̊ prima vl̃ qꝛ vna ē pure
negatiua g̊ ꝛc̃.

Ad hec rñdet̃. Ad primuȝ vt recitat
Boetius ex ĩtētione Porphirij ĩ p° p̱/
ihermenias. Alexāder dixit ꝙ ꝓpō diui
dit̃ ĩ affirmatiuā ꝛ negatiua sicut ana/
logū ĩ analogata ꝛ non sicut gen⁹ ĩ spe
cies p̱p̱ rōes adductas ĩ oppositū. Por
phirius ṽo vult ꝙ sit diui° generis in
species propter rationem factam in op
positū quem sequitur Boetius ꝛ san/
ctus Tho. Et ad rationes in oppositū
respondet vnica responsione sic dicēs
Non oportet ꝙ quandocūq̄ȝ aliqua sic
habent ꝙ vnum est prius alio sint sub
genere sed quecunq̄ȝ secundum esse su/
um priora vel posteriora sunt ea sub eo
dem genere non ponuntur sicut affir/
mationes ꝛ negationes que ad esse ꝛ na
turam propriam equaliter enunciatio/
nem participant quia enunciatio est iᵃ
in qua veritas ꝛ falsitas inueniri potest
qua in re affirmatio ꝛ nega° sunt equa/
liter. Hec sunt formalia verba. Ex qui
bus apparet responsio formaliter dicē
do Qꝛ licet affirmatio sit prior negatio
ne facta compositione inter se equalit̃
tamen participant ratione generis. vn/
de affirmatio prior est negatione ꝓm ꝓ
priam rationem sed non ꝓm rationem
generis sicut binari⁹ ē p̄or trinario ꝓm
ꝓpriā rōeȝ ꝛ non ꝓm rationeȝ numeri.

Si autem alquid sit prius alio secundū
rationē alicuius communis vt substā/
tia est prior accñte secundū ratione en/
tis. talis prioritas tollit rationē generis
nō. autem si sit prius ſm propriam ratō
nē. Ad 2m Strodus dat duas rñsio/
nes i ꝯñtijs suis. Jnprima negat maiorē
.s. ꝙ iste ꝑpositiōes equiualeāt nō pos/
sibile est te nō esse ⁊ necesse ē te eē ⁊ ad
philosophum dicit ꝙ nō vl't illas equi
pollere nisi cum debito medio affirma
tiuo exm sicut nō possibile est te nō cur/
rē ⁊ ista propositio tu nō curris sic pri/
marie signs hꝫ pro cōtradictorio illam
tu curris. ḡ necesse est te currē. Jn secū
da rñsiōe dicit ꝙ equiualēt vbi li nō te/
neatur īfinite ⁊ nō negatiue vide aper/
te ab eo i. xj. ⁊ xij. regulis. Contra pmā
respōsionē arguitur sic. Negatio pre/
posita facit equipollere suo cōtradicto
rio sed ic cōtradicūt necesse est te eē pos
sibile est te nō esse. ḡ ꝑposita negatione
vni istarum equiualēt. ḡ dicēdo nō pos
sibile est te nō eē illa equiualet huic. ne/
cesse ē te esse qᵭ tamē negat. Cōtra 2am
arguitur sic q̄ ad faciēdam. eqpollētiā
per negatiōeꝫ ꝑpositam vni cōtradicto
rioꝝ opꝫ ꝙ negatio teneat negatiue ⁊
nō infinite vt nō qlibet hō currit. Jdeo
al'r rñdēt alij ⁊ dicunt ꝙ ia ē affirmati/
ua nō possibile est te ñ esse q̄ due nega/
tiōes faciūt vnam affirmatiōem. vñ h
est negatiua possibile ē te ñ esse q̄ i mo
dalibus de sensu cōposito vbum infini
tū ē principalis copl'a q̄ vbū īfinitum
negatur in illa ideo ē negatiua ⁊ fit af/
firmatiua ꝑposita. negatiōe. hec est Ga/
ietani in cōsequētijs suis. Et si replicas
ꝙ ista nō est negatiua possibile ē te ñ eē
q̄ philosophus i secūdo ꝑihermēias di
cit ꝙ sicut se hꝫ verbū i cathegoricis ita
modus i modalibus sed solū penes v/
bum attēditur affir° ⁊ negatio i cathe/
goricis. ḡ sil'r i modalibus penes modū
sꝫ cum modus hic ñ sit negatus. ḡ ē af/
firmatiua. Hanc respōsiōem substi/
nēdo cum videatur de mēte magistri i
equipollētijs dicatur ꝙ philosophus ñ
vult aliud nisi ꝙ si sit aliqua negatiua
de modo ꝙ magis negatiua dicēda est
ista de modo negato q̄ȝ de dicto negato
q̄ negatiua de mō negat totā ꝯpōeꝫ ne/
gatiua vo ᵭ dicto negat solū dictū. Ut
dicat̄ ꝙ ñ negatur q̄ dicēda est absolu
te negatiua nō tñ ē dicēda negatiua mo
dalis nisi negetur modus. Et h itellexit
philosophus ꝙ si modalis dꝫ dici nega
tiua modalis opꝫ ꝙ modus negetur cu
ius rō ē q̄ formale i ipsa vt modalis ē.
est modus q̄ dat sibi denominatiōeꝫ. iō
penes ipsum attenditur affirmatō ⁊ ne
gatio. Et correlac sequitur ex illa rñsio/
ne ꝙ aliqua ē negatiua que nō est nega/
tiua de i esse nec modalis. Prima rñsio
tutior ē. secūda subtilior. Al'r tñ ad pri/
cipale potest dici tenēdo ꝙ modalis sit
solū negatiua qua modus negatur ⁊ ñ
aliter tūc negatur ꝙ illa sit affirmatiua
ñ possibile est te ñ eē. ⁊ nō valet ista cō/
sequētia illa equiualet vni affirmatiue.
ḡ ē affirmatiua q̄ equiualētia respicit
significatū: affirmatio āt ⁊ nega° respi/
ciūt signum additum ad formale vel ñ
additum. vñ ille equiualēt impossibile
est esse ñ possibile est esse ⁊ tñ prima est
affirmatiā ⁊ secūda negatiua: bñ tamē
valet i illis de iesse. Ad 3m respōsum
ē respōdēdo ad 2m q̄ dicitur negādo ꝙ
illa sit affirmatiua possibile est te ñ esse
immo est negatiua. Ad philosophuꝫ di/
citur ꝙ vult istam esse affirmatiuam ᵭ
modo licꝫ sit negatiua de dicto vñ mōl'
absolute dicēda ē negatiā. s. dūmō vnū
istorum sit necm vel modus vel dictum
affirmatiua autem est dicenda si nullū
negetur aut vtrunqꝫ negetur. Aliter ta/
men potest dici vt supra concedendo
illam esse affirmatiuam possibile est te
non esse. ⁊ cum dicitur negatur verbuꝫ
ergo ⁊c. Dicitur ꝙ illud habet intelligi
in cathegoricis de inesse non autem in
modalibus vt est illa tamen in illa non

negatur verbum principale quod ē in dicatiui modi vt li est. Ad confirmationem dicitur concedendo q ille equiualent sed negatur consequentia . ergo si vna est negatiua τ altera . bene tamen valet incathegoricis de inesse non autem im modalibus. Aduerte tamen q nulla propositio negatiua modalis equiualet affirmatiue modali nisi altera illarum habeat terminum modalē includentem negationem vnde illa non possibile est esse equiualet huic impossibile est esse τ li impossibile icludit negationem negantem est tamen propositio affirmatiua Similiter falsum est te esse equiualet huic non verum est te eē τ li falsum includit negationem est tamē ppositio affirmatiua. Ideo dr̄ cōiē q propositō pōt dici negatiua de re aut de signo. de signo est quādo ponitur negatio explicite d̄.re vero implicite quādo equiualet alteri negatiue. d̄ signo tamē absolute tantum negatiua. de re tātum non debet dici negatiua. Ad 4m dicunt senenses verbum negari i dicta propositione q̄ icludit negationē li false nec pp hoc affirmatiue dicte sunt negatiue quia vltra negationē inclusam icludunt dicta verba affirmatōnis τ negationis nam negatio in eis inclusa negat verbum n̄ negatur predicatū a sb/iecto quoniam sicut verum est differo ab asino ita vere affirmatur drn̄s ab asino de me vt patet. Aliter tamen potest dici q ia est affirmatia. false homo est asinus τ negat cōsequētia equiualet vni negatiue. ergo est negatiua quia ia est modalis τ non de iesse q̄ dicē false homo ē asinus ē dicē falsum ē hominē esse asinum. Ad 5m dr̄ q negatio maiorē viz. habet s̄ sequentes terminos q̄ li possibile necm sed s̄ precedentes non Cuius ratio ē q̄ li possibile et necm cū faciant sensum compositum possunt determinare totam compositionem siue totaliter precedant. siue totaliter sequantur. negatio vero hoc non facit. Ad confirmationem respondet magister q non est contra intellectū regule que intelligit q propositio negatiua est illa in qua principale verbū negat per negationē existētem aliquid illius. Aliter tamen potest respōderi τ formalius negando minorem. s. q verbū pn̄cipale in ea negetur. Ad probationem negatur cōsequentia quia mutatur qd in quale. Ad 6m respondet Burleus in predicamentis concedendo maiorem scilicet q ille equiualent hec proposito est vera nulla chimera est τ nulla chimera est quia ab vna ad reliquam valet consequentia τ ecōtra. sed negat cōsequentiam vna est affirmatia. ergo alia est affirmatiua τ assignat instantiam q̄ vult q affirmatiua de predicato finito τ negatiua de predicato infinito conuētantur τ ab vna ad reliquam valet consequentia τ econtra. Similiter q affirmatiua de predicato infinito τ negatiua de predicato finito conuertuntur τ q ab vna ad reliquam valet consequētia τ ec̄ seruatis tamen duabus cōditionibus. s. in terminis simplicibus τ in numero singulari. vnde f̄m Burleum ex negatiua non sequitur affirmatiua pura sed bene affirmatiua non pura d̄ terminis eisdem. Hec responsio est c̄ omnes bonos logicos pº q̄ negat xjam regulā Strodi. s. si aliq̄ cōsequentia ē bona τ antecedens sit pure negatum. ergo τ consequens pure negatū. q̄ f̄m Bur. hec consequentia est bona nulla chimera ē q̄ h̄ ē va nl̄la chia ē τ tn̄ an̄s ē pure negatū τ consequens non ergo τc̄ secūdo quia concedit istas equiualere quod est falsum quia ab vna ad reliquam nō valet consequentia. vnde non valet, nulla chimera est. ergo hec est vera nulla chimera est. quia ibi est ita sicut adequate significatur per antecedens τ n̄ est ita sicut adequate significatur per consequens. Similiter non valet deus est er/

go hec est vera deus est quia antecedēs
est necessarium ꝛ consequens contin/
gēs. Ideo respondēdum ē ꝑm magistꝛ
in predicamentis suis negando illas ꝯ/
uerti simpliciter: sed ꝑm quid tantum
scilicet cum medio. ideo ab vna ad reli
quam non valet consequentia nisi cum
debito medio ꝛ hoc voluit philosophꝯ
cum dixit hominez esse conuerti ad ve/
ram de se orationem qua dicemꝯ ꝙ ho
mo est. per illud enim quod dixit qua
dicemus ꝙ homo est dat intelligere me
dium scilicet ꝛ hec propositio sic signi/
ficat. ergo ꝛc̄. ꝛ ideo bene valet homo
est ꝛ hec propositio homo est sic significat
cat hominem esse. ergo hec est vera ho/
mo est ꝛ etiam eꝯ hec ē vera hō ꝛ ipsa ē
significat hoiez esse ꝗ homo est. Ad cō
firmationē inuenio magistꝛ varias rn̄
siones dedisse vnde i logica magna vbi
agit de propositionibus cathegoricis ī
questione illa vtrum ex negatiua seq̄t
affirmatiua vult illas ꝯuerti qꝛ ab vna
ad reliquā valet cōsequētia ꝛ eꝯ cū oīs
ꝓpositio inferat suum dictū esse veruz
ꝛ cuz dicis vna est negatiua. ꝗ altera ne
gatur cōsequētia vnde bene possibile ē
quod due propōnes cōuertantur quaꝝ
vna ē negatiua ꝛ altera affirmatiua po
nens in esse voco autem ponens in esse
ex qua sequit̄ aliquid esse vel aliquali/
ter esse sed non est iconueniens ꝙ due
conuertantur quarū vna ē negatiua et
altera affirmatiua non ponens ī esse vt
ī argumēto arguitur qꝛ illa veꝝ ē nullā
chimerā eē nō ponit ī eē. lꝫ sit affirmati
ua. Hoc idē magr̄ vl't in 5° argumēto p̄
mi dubij q̄drature. vbi ꝯcedit illā ꝯn̄a.
nulla chimera est. ꝗ si ē ꝙ nulla chi^a^ est
ꝗ veꝝ ē ꝙ nll'a chimera ē: nꝫ ex ꝯn̄te seq
tur. ꝗ aliq̄d ē. vl' aliq̄l'r ꝙ n^a^ chimera ē.
qꝛ dicit ꝙ ī an̄e ē sit āpliatio vꝫ ad ima
giabile q n̄ ē ī ꝯn̄e. qm̄ li veꝝ ita ꝛ si am
pliāt ꝛ nō illi t'mi aliq̄d nec aliq̄l'r. Al'r
tn̄ rn̄det i p° posterioꝝ in 3° tractatu in
questiōe quā fac̄. vtꝝ negatio sit notior

affirmatione. negat. n. illā consequenti
am. nulla chi^a^ ē. ꝗ verū ē nullā chimerā
eē. qꝛ vbi nihil nec aliq̄l'r sit ita ē sic ade
quate siḡt̄ ꝑ an̄s ꝛ non ē ita sicut siḡtur
ꝑ ꝯn̄s. ꝛ ideo negaret i^a^ ꝯuerti simpl'r.
Si aūt tu dicēs ꝯ quelꝫ ꝓpō infert suuz
dictū eē veꝝ dicēt ꝙ cū medio veꝝ ē ꝑ
se aūt nō. elige q̄ tibi placet. Posses al'r
tn̄ dicē ꝙ ille ꝯuertunt̄ ꝛ ꝙ ambe sūt ne
gatie. vnde illa ē negatiua. ō dicto veꝝ
ē nullā chimerā eē. ꝛ si vis ꝙ illa sit di/
cēda potiꝯ affirmatiua q̄ꝫ negatiā. dr̄ vt
s̄ ꝙ ē īpossibile duas ꝓpōes ꝯuerti. q̄ꝝ
v^a^ sit affirmatiua ꝛ alia negatiua ī illis
de inesse. ī mōlibꝯ aūt nō ē icōuniens
aut vbi v^a^ sit mōlis a^a^ de iesse. Utꝝ 3^a^
diuisio sit bn̄ data cū diffinitōibꝯ mem/
brorum. s. alia vera alia falsa.
Contra Ista ꝓpō ē ꝟa. nll'a chi
mera est. ꝛ tamē siḡtū nō ē veꝝ
ꝗ diffinitō mala. ꝯn̄a tꝫ cū maio
ri. minor ꝓbat̄. qꝛ nullā chimerā esse ni
hil ē. ꝗ nō ē veꝝ. tꝫ ꝯn̄a. qꝛ cū veꝝ ꝛ ens
ꝯuertātur a quocūq̄ꝫ negat̄ vnū ꝯuerti
biliū negat̄ ꝛ aliō. an̄s ꝓbat̄. s. ꝙ nullaz
chi^a^ eē nihil sit. qꝛ da oppositū ꝙ sit ali
q̄d. l' ꝗ ē sō a l'acn̄s n̄ suba vt pꝫ. nec a:/
cn̄s qꝛ ī nullo sb̄o ē ꝗ ꝛc̄. Cōfirmat̄ sil'r
de illa ꝓpōe. adā fuit. q̄ ē ꝟa. ꝛ tn̄ siḡtū
suū n̄ ē veꝝ. ꝗ ꝛc̄. tꝫ ꝯn̄a cū maiori minō
ꝓbat̄ qꝛ adā fuisse nihil ē. ꝗ n̄ ē veꝝ. tꝫ
ꝯn̄a. an̄s ꝓbat̄. qꝛ si eēt aliq̄d ōs posset
illō ꝯstruē. ꝛ sic possꝫ facē ꝙ adā n̄ fuis
sꝫ ꝯ sētētiā Agatōis. 6° ethicoꝝ. q̄ꝫ phs
approbat. s. ꝙ solo h̄ posse ꝑuat̄ ds facē
q̄ gēita st̄ n̄ eē gēita. 2° sic huiꝯ ꝓpōnis
hō ē asinꝯ siḡtū ē veꝝ ꝛ tn̄ ꝓpō n̄ ē ꝟa.
ꝗ diffinitōes male. ꝯn̄a tꝫ. ꝛ an̄s ꝓbatur
qꝛ i^a^ ꝓpō. nullus hō ē asinꝯ n̄ ē ꝟa. ꝛ i^a^ ꝯ
dicit illi. homo ē asinꝯ. ꝗ illius siḡtū est
veꝝ. ꝯ tꝫ cū minori ꝛ maior ꝓbatur. qꝛ
si nō da oppositum scilicet ꝙ illa propo
sitio est vera sequitur ergo ꝙ ita est si/
cut adequate significatur per ipsam.
tenet consequentia ab inferiori Ad
suum superius affirmatiue sine

impedimento ꝛ ex consequenti sequiẗ
ꝙ aliquis modus ē quo sic ē sicut adeq̄
te significatur ꝑ ipsā sed ꝯñs ē falsū qꝛ
nullus modus ē quo nullus hō ē asinus
si.n.nihil nec aliqualr̄ adhuc nullus hō
ē asinus qꝛ si nō da oppositū ꝛ ē ipossi/
bile. Confirmatur qꝛ sigtuꝫ alicuius
ꝓpositionis ē vex̄ qñ propositio nō est
xa.ḡ diffinitiões male.ꝯña nō añs pro/
batur qꝛ sigtum istius propōis deus ē.
est verum ꝛ cras qñ non erit illa propō
vera deꝰ ē qꝛ pono ꝙ post hoc nūq̄ȝ erit
illa ꝓpō deus est quare ꝛc̄.

Tertio sic est vera hō ē asinus cuius
primariū sigtū ē falsū. ḡ ꝛc̄. ꝯñtia nō cū
minori.maior ꝓbaẗ sic.aut ē sicut dico
i dicēdo illā hō ē asinus aut aliter q̄ȝ di/
co.si pmū ḡ dico vex̄ ꝛ ꝑ ꝯñs ē vera. si
alr̄ q̄ȝ dico ꝛ dico falsū.ḡ ē aliter q̄ȝ fal/
sum ꝛ ꝑ cōseqnēs ē vera: Cōfirmaẗ
sic idē idicta propōe predicatur de seip
so.ḡ est vera pȝ ꝯña.añs probatur ꝑsup
ponēdo ꝙ a sit ista ꝓpō asinꝰ ē asinus b
xo ista hō ē asinus tūc arguiẗ sic.Quic
qd ꝑdicatur in a predicatur in b sȝ ideȝ
de seipso predicatur in a.ḡ idē de seipo
predicaẗ in b. Quarto sic signū ꝓpo
sitōis nō ē vex̄ nec falsū.ḡ diffinitōnes
male ꝯña tȝ añs probatur qꝛ veritas ꝛ
falsitas ē passio propositionis.ḡ tm̄ re/
pitur in ꝓpōe tenet ꝯña qꝛ passio nō ē
ex̄ suū subiectū.ꝛ si sic cū sigtum ñ sit
propositio nec est verum nec falsum.

Cōfirmatur qꝛ vex̄ ꝛ falsū repiūtur
tm̄ in itellectu sicut bonū ꝛ malū in re/
bꝰ 6° methaᶜᵉ ergo vex̄ ꝛ falsū nō sunt
in sigto qꝛ tūc essent i rebꝰ ex̄ ꝯ phm.

Ad hec respondeẗ Ad primū cōiter
dr̄ ꝙ cū dicitur ꝙ propō vera ē illa cu/
ius sigtum ē vex̄ ꝙ li vex̄ capiẗ adver
bialiter ꝓ vere siue ꝓ ita esse. Ad argu
mētū ḡ dicunt ꝙ lȝ nᵃᵐ chimerā eē ni/
hil sit aliqualr̄ tñ ē qꝛ ita ē ꝙ nulla chiᵃ
ē. Cōtra hāc rñsionē sic istaẗ .qꝛ vbi
nihil nᵉ aliqualr̄ cēt adhuc nᵃ chimera
est ꝛ tñ falsum esset qđ nulla chimera
eēt. Propter hec Paulus ꝑgulensis
aliter rñdet dicens ꝙ licet nullam chi/
merā eē nihil sit nec aliqualr̄ vere tam̄
nulla chimera ē ꝛ aliqualr̄ nulla chime
ra ē.ꝛ ita ē ꝙ nulla chimera ē ꝓut li ita
est equiualet huic adverbio xe.Et si re
plicaẗ ꝯ ipsū vere nulla chimera ē ergo
aliqualr̄ ē ꝙ nl̄la chimera ē negat ꝯñaȝ
sed bene cōcedit ꝙ aliq̄liter nulla chi/
mera est.Et hoc forte volebat intellige
re opiᵒ cōis ꝛ hoc pōt defendi.Mirabi
le tñ ē illud adverbium xe nō dicat ali/
qualiter esse nec dicat aliquē modū qđ
nō vr̄ vex̄ qꝛ tūc nō esset aliqua differē
tia dicere nulla chimera ē. ꝛ vere nulla
chimera ē.qđ ē falsum:imo videtur ꝙ
li vere dicat ꝯfirmatōeȝ.ꝛ cōsequenter
dicat quēdā modū illius confirmatiōis
propōis nulla chimera ē. Jō alr̄ respon
derē ad principale.s.negādo minorē.s.
qđ eius significatū nō sit vex̄.ꝛ ad eius
prob atione cū dr̄ nullā chimerā esse ni
hil ē nec aliqualr̄ ē ḡ nullā chimerā esse
nō ē veruȝ. Pro responsione ad hoc
Adverte ꝙ quot modis dicitur ens tot
mōis dr̄ veruȝ.cum verum convertaẗ
cū ente. Vñ ens pōt accipi triplr̄ vnoᵒ
vt ē cōe ad oē significabile siue cōplexe
siue in cōplexe.vere tñ 2ᵒᵒ vt ē cōmune
ad sigbile cōplexe vere. Tertio mō
vt ē cōmune solū ad sigbile i cōplexe vt
ad oēȝ essētiā siue entitatē existētē. Ad
ꝓpositū mō cū dr̄ in añte nullā chime/
ra eē nihil est cōceditur capiendo nihil
vt opponitur enti.3ᵒ modo sed tñ estᵉ ēs
ꝛ aliquid pᵒ ꝛ 2ᵒ modo capiendo ens ꝛ
ideo negaẗ ꝯña.Et si dr̄ stet.ḡ oppositū
ꝯñtis cū añte.s.ꝙ nullā chimerā esse ni/
hil ē ꝛ tñ nullā chimerā eē ē verum.tūc
sic nullam chimeram eē ē vex̄ ergo nul
lam chimerā eē ē aliqd qđ iplicat ꝙ sit
aliquid ꝛ ꝙ sit nihil.Dr̄ ꝙ est aliquid pᵒ
ꝛ 2ᵒᵒ ꝛ nō 3ᵒᵒ ꝛ ē nihil vt opponitur en/
ti 3ᵒᵒ ꝛ hec nō iplicat.Etiā ens 3ᵒᵒ incō/
plexum ē illud qđ diuiditur solū i sbaȝ
ꝛ accñs.nō aūt alijs modis. Et iō dato

ꝙ nullam chimeram esse sit aliquid p° ꝛ 2°° nõ valet. ergo est sba hoc vide amplč a Gregorio de arimino in prima questiõe super primum sententiarum. Ad cõfirmationem similiter dicitur negando minorem. s. ꝙ eius significatum nõ sit verum ꝛ ad probationẽ cum dicitur. Adam fuisse nihil est ergo nõ ẽ verum. Dicit ꝙ nihil prout nihil opponit enti 3°° non autem primo ꝛ secundo modo ideo negatur ꝯñtia ꝛ cũ dr ꝙ si adã fuisse eẽt aliqd tũc deus posset ipsũ destruere. dr ꝙ verum eẽt si eẽt ens 3°° puta aliqua entitas existẽs vt aut sba aut accidẽs ꝛ nõ sicut p°° aut 2°°.

Ad 2m rñdet Pau. pgu. vt p pte tactũ ẽ i ratiõe pcedẽti ꝙ isti tmi ita, ꝛ sic ẽ possũt capi dupliciter. p°° aduerbialiter ꝙ vere ꝛ nõ ẽ ita p false. 2°° put sũt plures ptes oratõis. i. aduerbium demõstrãdi ꝛ vbũ substãtiuum sũ es ẽ. p°° accipiunt i diffinitiõe ppõnis vere ꝛ false cũ dicit ita ẽ sicut sigt. ergo ẽ vera. nõ ẽ ita sicut sigt. ergo ẽ falsa Et pp h patz solutio ad argumẽtũ qr neganda est minor i° cũ dicit ꝙ ppõ ista ñ ẽ vera nullus homo est asinus. ꝛ ad pbatõnem cum dicit si ẽ vera. ergo ita est sicut adequate sigtur p ipsũ cõceditur ꝯñtia si li ita est vł sic ẽ capiatur p°° aduerbialiter nõ autem 2°° ꝛ vlterius negat cõsequentia sic est sicut adequate sigtur p ipsam. ergo est aliqualiter licet ꝯcedat ꝙ aliqualiter nullus homo est asinus. Magister aũt i primo posteriorum vt diximus i q̄stione pcedẽti vult ꝙ li sic est ita est verum ẽ ponãt aliqualiter esse i quadratura vo ꝛ in logica magna non vult ꝙ ponant aliqd vel aliqualiter. Jõ fm diuersas vias diuersimode rñdendũ est.

Ad ꝯfirmationẽ negat ꝯñtia quia significatum veruz nõ ẽ diffinitio propositionis vere sed hoc totũ propositio cuius pmarium significatum est verum. mõ si aliquando est propositio cuius pmariũ significatum est verum. tunc ppositio est vera. Uel aliter dicitur ꝙ licet significatum illius ppositionis est quando p positũ non est tamen nunq̄ significatuz illius est quin ista propositio sit ideo negatur consequentia. Ad 3m dicitur ꝙ non ẽ sicut dico nec ex hoc seqtur ꝙ est aliter q̄ dico qr ex negatiua non seqtur affirmatiua sed opz addere in antecedẽte ꝛ dictum meũ ẽ aliquid capto dicto p sigto propõis qr de ipso loquimur in argumento. Et vlterius nõ valet ꝯñtia. ẽ aliter q̄ dico ꝛ dico falsuz. ergo ẽ aliter q̄ falsum arguit eniz ab iferiori ad suuz superius distributiue sicut nõ seqtur hõ est aliud a capra. capra ẽ ens. ergo hõ ẽ aliud ab ente. Et si replicas ꝯ non ẽ sicut dico sed dictũ meũ ẽ falsum. ergo nõ ẽ sicut falsũ Jtẽ si hominẽ esse asinũ non ẽ sicut dico ergo nõ ẽ sicut dictum est a me. ergo dictũ meũ non ẽ sicut dictum meũ. ergo dictũ meum non est dictum meum. Ad primũ negatur ꝯñtia sicut nõ seqtur nulluz hominem esse asinũ ẽ hominem esse asinum sed hominẽ eẽ asinũ est falsũ. ergo nullum hoiez esse asinum ẽ falsuz qr li falsũ valet tm̃ q̄tum li non ita. Ad 2m concedo pmam ꝯñtiam sed nego secũdaz ꝛ tertiã. Ad cõfirmationẽ pncipalis argumenti negatur antecedẽs. ad pbationem admisso casu negatur ꝯñtia qr mutatur quid in quale. Ad 4m principale dicitur cõiter ꝙ verum ꝛ falsum ẽ in propositione vt in signo ꝛ in intellectu subiectiue ꝛ in re efficienter. Ad argumẽtũ ergo dicitur negando ꝙ verum ꝛ falsũ sit passio ppositiõis nec ẽ i ppositione nisi sicut in signo. i intellectu autem subiectiue. ꝛ licet non sit in ppositione subiectiue adhuc põt denominare ppõnẽ ipsam veraz ꝛ similiter potest denominare significatũ propõnis verum licet non sit in ipso significato veritas subiectiue sed solum efficiẽter sicut sanitas denominat vrinã ꝛ cibũ licet non sit i eis subiectiue. Magister tñ in pdicamẽtis suis ad finem predicamenti sbe munda i hãc rationem sic. quia nulla ratione existente nec in intellectu adhuc verum ẽ deuz

esse ⁊ hominem esse animal non autem
aliquis cibus esset sanus nullo animali
existente. ergo nõ est in rebus effectiue.
Magister ergo respondet ipse dicẽs
ꝙ veꝝ ⁊ falsuꝫ dupliciter sumunť. vno
modo absolute alio modo respectiue ab
solute sũt in rebus. respectiue sunt ĩ pro
positione: ⁊ intellectu sicut enim albedo
ẽ similis ⁊ dissimilis ꝑꝑ similitudineꝫ ⁊
dissimilitudinẽ que sunt quedã relatões
fundate in albedie. ita ꝓpositio ẽ ṽa vľ
falsa ꝑ ṽitatẽ ⁊ falsitatẽ q̃ sunt q̃dã rela
tiones fundate ĩ ipsa ꝓpõe dependentes
a ꝓma° sigto: qm̃ siĺitudo ⁊ dissimilitu-
do albedinis depẽdet a suo tẽino ⁊ sicut
siĺitudo ⁊ dissimilitudo ẽ in albedie tan
q̃ꝫ in fũdamẽto ⁊ ĩ corpore tãq̃ꝫ in subo:
ita ṽitas ⁊ falsitas ẽ in ꝓpõne tanq̃ꝫ ĩ fũ
damẽto ⁊ in intellectu tanq̃ꝫ in subiecto
⁊ ꝯñter cõcediť ꝙ oratio recipit veꝝ vľ
falsum q̃ sť ꝯ̃ria respectiua ⁊ nõ absolu-
ta. De ꝯ̃rijs autem absolutis loq̃ť ph̃s ⁊
sicut simile ⁊ dissimile equale ⁊ ĩequale
sũt ꝯ̃ria r̃spectiua ꝑ ph̃m. io. metaph̃ice.
ita veꝝ ⁊ falsum vt dicũt adequationẽ
ꝓpositiõis vel intellect⁹ ad rẽ. talia eni
non denominãt intellectũ nec ꝓpõnẽ ni
si rõe rei sigte. Ex his pꝫ r̃nsio ad argum̃
tum ꝙ ṽitas ⁊ falsitas respectiue dicta
sunt subiectiue in intellectu: qꝛ fũdãť in
ꝓpõne. ṽitas ⁊ falsitas absoluta sũt in si
gnificato. Ad cõfirmationẽ siĺr veꝝ ⁊
falsũ respectiue sumpta sť in ĩtellectu ⁊
absolute in reb⁹. Ego aũt ex fundamen
to opionis cõis quã sequiť sãctus Tho
mas ⁊ Egidius facio aliã imaginationẽ
q̃ si recte ꝯsidereť forsan rõni nõ disso-
nat. vñ sicut ĩ illo vtputa ĩ aĩali ẽ sanitas
subiectiue respectu c⁹ oẽ qđ dr̃ sanũ dr̃
sanũ. ita in illo ẽ ṽitas subiectiue respe-
ctu cui⁹ oẽ qđ dr̃ veꝝ dr̃ verũ sed omne
quod dicitur verum dr̃ verũ respectu
sigti ṽi. g̃ ṽitas ẽ subiectiue in significa
to. declaro minorẽ qꝛ ꝓpositõ nõ dr̃ ṽa
nisi qꝛ sigt sigtum verum. Intellect⁹ nõ
dr̃ verus nisi qꝛ ꝑcipiť ab eo talis ṽitas
⁊ ẽt quõ effectus cõponendo ꝓpositio-
nem que ẽ ĩ illis signũ veritatis. ergo ṽi-
tas ẽ in re subiectiue. qꝛ ꝑ respectũ ad il-
lam qđcũq̃ꝫ aliud dr̃ veꝝ. sicut sanitas ẽ
subiectiue in aĩali. qꝛ ꝑ respectũ ad illaꝫ
qđcunq̃ꝫ aliud dr̃ sanũ. Sed aduerte ꝙ
cũ talis ṽitas sit in re ẜm Ansel⁹ vt oẽs
theologi recitant sic rectitudo sola men
te ꝑceptibilis. i. entitas rei vt recte ꝑcipi
tur ab intellectu tripliciť põt capi sicut
ens põt tripliciter capi. vno mõ capitur
ens vt ẽ cõe ab oẽ sigbile taꝫ cõplexe q̃ꝫ
incõplexe. vere tñ ⁊ sic veꝝ. qđ cõuertiť
cum li ente non ẽ nisi illud sigbile com-
plexũ vel in cõplexũ. ⁊ sic nõ solũ sigtur
ꝑ ꝓpositionẽ sed ẽt ꝑ terminũ incõple-
xũ. Alio° sumiť ens vt est solũ cõe ad si-
gnificabile cõplexum ṽe qđ solum sigť
per propositionem. 3°° sumiť ens vt ẽ
solũ cõe ad entitatem incõplexam existẽ
tem ⁊ veꝝ qđ conuertitur cum tali ente
non ẽ nisi illud significabile incõplexuꝫ
⁊ sigtur solum per termi⁹ incõplexum.
Cũ ergo veꝝ sit passio entis quõcunq̃ꝫ
capitur ens correspondet sibi sua ṽitas
que est entitas realiter idem existens cũ
ente ẜm autem rõem differunt qꝛ ens dr̃
verum eo ꝙ est declaratiuum sui ipsius
apud intellectũ. Ad formam ergo ar-
gumenti dico ꝙ esse sigtiuum veri vel
falsi est passio propositiõis. non autem
veritas aut falsitas sicut nec sanitas est
vrine ꝓprium. sed solũ est signum sanita
tis vel egritudinis. Ad confirmatõeꝫ
cum dr̃ veꝝ ⁊ falsum non sũt in reb⁹ ſꝫ
in intellectu 6° metaph̃ice. põt dici ꝙ
ph̃s non negat veꝝ ⁊ falsuꝫ esse in reb⁹
absolute: sed negat eo mõ esse in rebus
quõ bonum ⁊ malum. bonum eniꝫ ⁊ ma
luꝫ sunt in rebus in ordine ad intellectũ
Ideo dicit ph̃s in loco allegato verum
⁊ falsum sunt in rebus sicut bonũ ⁊ ma
lum sed in mente. i. sunt in rebus in ordi
ne ad mentem. Uel aliter dicatur ꝙ ph̃s
intelligit ꝙ verum ⁊ falsum non sunt in
rebus: vt bonum ⁊ malum. sic ꝙ veruꝫ

sit bonum ⁊ falsum sit malum. vide i tex tu hoc expresse dicit sed sunt in mente. ꝙ aūt verū non sit in rebus vt quoddā bonū.i.ꝙ non sit idem qđ bonum patet per hoc ꝙ addit.qꝛ sunt in mente.i.ꝙ verum denominat mentem non autem bonū. Uel aliter dicitur ꝙ phs accipit rem pro simplici pn̄tali.⁊ patet in tex. expresse dicit enim ꝙ quia complexio ⁊ diuisio ē in mente ⁊ non in rebus in mēte est ṽitas ⁊ nō in rebus.s.simplicibus.in rebus tamen complexis sign̄tibus sic ē ṽitas subiectiue.in intellectu autem denominatiue denominatione extrinseca Et si replicas ꝙ ṽitas significata per ꝓpōnem non sit in rebus significantibus complexis subiectiue.quia tunc hoiem esse eēt verum.sed cum hominē esse sit homo 7° metaphice.ergo homo est verꝫ semper loquendo de veritate significata per propōnem:quod est falsum. Item ṽitas est adequatio intellectus ad rem. ergo est respectus quidam ⁊ sic non est entitas rei vt est dictum. Ad primum dicitur ꝙ cum phs vult ꝙ hominem esse sit homo non accepit hominem esse ꝓ significabili complexo illius propositionis:homo est sed accipit hominem esse .i.essentiam hominis siue eē hominis est homo. Ad 2m conceditur ꝙ non capiatur veritas pro tali adequatione que ē in intellectu subiectiue ⁊ ē relatio sed capio ṽitatē ꝓ entitate rei vt ē appta nata declararī se itellectui.⁊ sic pꝫ ad argum̄ta.

Utꝝ 4a diuisio sit bona cum diffinitionibus membrorum.s.alia possibilis alia impossibilis.

Contra. ista ꝓpositio sortes nō ē exn̄s in mente sortis ē impossibilis. ⁊ tn̄ sig̃tum eius est possibile.s.sor. non esse. ğ diffinitiones male.ↄn̄tia tenet cū minori maior ꝓbaī quia si non da opm quod est possibilis arguitur sic. Ipsa est possibilis ergo potest esse vera.consequentia est bona vt ꝓbabo ⁊ tamen ↄn̄s est falsum.ergo ⁊ an̄s.ꝙ ↄn̄s sit falsuꝫ patet quia si potest esse vera aut quando est aut quando non est n̄ quando nō ē quia tunc non est vera nec falsa.nec quando est:quia quando illa ꝓpositio est:est in mente sortis. per casuꝫ ergo sortes est.ergo illa non est vera sortes non est exn̄s in mente sortis. Qꝛ autē cōsequentia sit bona est possibilis.ergo pōt eē ṽa.ꝓbatur sic.Sicut illud quod significat sicut est ē ṽum.ita illud quod significat sicut potest eē potest esse verꝫ sed propositio possibilis significat sicut potest esse.ergo propositio possibils potest esse vera.patet 2° quia si propositio ē possibilis ponatur inesse.quia possibili posito in esse nullum sequitur inconueniens:⁊ tunc est vera. Confirmaī quia sicut se habet propositio possibilis ad impossibileꝫ ita propositio ṽa ad falsam.sed ois ꝓpositio impossibilis ē falsa.ğ ois ꝓpositio possibilis est ṽa tenet ↄn̄tia a cōmutata proportione. ⁊ etiaꝫ ꝑ regulam topicam:sicut oppositū in opposito ita propositū in proposito.⁊ totū an̄s est verum vt patet.ergo ↄn̄s.si ergo illa sor.nō ē esset possibilis nedū posset esse ṽa.immo esset ṽa.vt argumētū probat. 2° sic. Ista ꝓpositio ē possibilis. homo ē asinus.⁊ tn̄ sig̃tum eius primariū ē ipossibile.ğ ⁊c̄.cōsequētia nota cū minori. maior ꝓbatur resolubiliter sic. h ē possibile demonstrando illā ꝓpositionē.⁊ hec ē ꝓpositio.ğ illa ꝓpositio ē possibilis maior ꝓbaī.qꝛ hoc ē ens.ergo est possibile. Cōfirmaī qꝛ istā propositionem esse ē possibile.sed istā propositōeꝫ esse ē illa ꝓpositō.ğ illa propositio ē possibilis. 3° eadem propositio ē possibilis ⁊ impossibilis.ergo diffinitiones male ↄn̄a tꝫ.an̄s probaī.de q̄libet istaꝝ nulla ꝓpositio ē.nulla ꝓpō ē ṽa.nulla ꝓpositio ē vl'is.nulla ꝓpō est negatiua.⁊ arguo hoc de prima.⁊ ita intelligatur de alijs ꝙ ista sit possibilis ⁊ impossibilis.

nulla ppõ est. pbat᷑ ꝛ volo ꝙ ista significet sicut termini pretendũt nõ ponendo precise tũc ꝙ ista sit possibilis pꝫ per magistrum: qꝛ admitteret eam. sed tm̃ possibile oꝫ admitti. ğ est possibilis. ꝙ sit impossibilis pbatur qꝛ sigtum primarium est impossibile. ğ est ipossibil. ꝯña tꝫ. añs pbat᷑. qꝛ sigtum pmariũ hui⁹ est sigtum ipotheticum/ s. nullã ppõem esse ꝛ illam ppõem eẽ verã vt pꝫ p magr̃ꝫ in tractatu de isolubilib⁹ dicens ꝙ cuiuslibet insolubilis f̃m qd sigtum pmariũ est ipotheticũ. ꝛ hoc in vltimo notato de insolubilib⁹. sed hoc sigtum est impossibile. vt pꝫ quare. ꝛc̃. Confirmat᷑ de insolubili simpl̃r. vt de illa ppõe. nª ppõ ẽ vera q̃ sic precise significet. ꝙ illa sit possibilis pbatur. qꝛ sigtum pmariũ ꝛ adeq̃tum est possibile. pꝫ: ğ est possibilis. Qꝫ sit impossibil̃ pbatur qꝛ nõ est admittẽdum insolubile simpl̃r. ğ est ipossibil̃. tꝫ ꝯña. qꝛ ex opposito ꝯñtis seqtur oppositum añtis seqtur. n. est possibile. ğ est admittẽdum. qꝛ omne possibile est admittẽdum. 4º. põt argui ꝙ aliqua est ppositio que nõ est possibilis nec impossibilis. vt isolubile simpliciter. Qꝫ non sit possibile pꝫ qꝛ nõ ẽ admittẽdũ. Qꝫ nõ sit impossibile pꝫ qꝛ sigtum est possibile.

Cõfirmatur oĩs ppõ possibilis vl̃ impossibilis est v̾a vel falsa. isolubile simpl̃r nõ est verum nec falsum. ğ nõ est ppositio possibilis vel impossibilis. ꝯña nota cum maiori minor etiã pꝫ. qꝛ si non da oppositũ ꝙ insolubile simpl̃r sit verum vel falsum. ꝛ capio h̃ isolubile simpl̃r hoc est fl̃ꝫ. ꝛ q̃ro an est sil̃ veꝝ ꝛ fl̃m aut veꝝ tm̃. aut fl̃ꝫ tm̃ ñ p⁰ qꝛ ipossibile si dr̃ 2ᵐ ꝙ est veꝝ seqtur ꝙ est fl̃m. si dicit᷑ 3ᵐ ꝙ est fl̃m seqtur ꝙ est veꝝ ex quo sic pcise sigt. ğ nullũ istoꝝ põt dici imo p hoc põt pbari ꝙ insolubile simpl̃r nõ est ppõ. qꝛ nõ est veꝝ nec falsum. ꝛc̃.

